

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre VIIIItemMythologia, Venise, 1567 - VIII, 04 : De Ino, & Palaemone](#)

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[102-103\] : De Ino & Palaemone](#)□

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 04 : De Ino, & Palæmone](#)□ *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 05 : D'Inon & Palemon, autrement de Melicerte](#)□ *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 04 : D'Inon, & Palæmon, autrement Melicerte](#)□ *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

vel diuinū quidpiam esse arbitratur, vel certe sine aliqua diuina & maxima causa non contingere. Id cum ita sit, non fuit difficile persuadere mortalibus diuinum quidpiam esse Tritones, & Deos esse quorum in potestate essent nauigantes, ad quod credendum aliquando periculorum magnitudo impellebat (sunt enim timentium animi & in periculis exilentium ad superstitionem perfaciles.) Et cum inter multos precantes alicui voti compos fieri contigisset, illius præconio postea Tritonum ut Deorum nomen fuit celebratum. Neq; illud prætermiserim, quod apud Romanos super templo Saturni Triton quidam ex imis magnitudinis fuit collocatus, qui buccinā inflabat quoties oriebatur ventus, caudamque intra terram occultabat. Per illum significare tradiderūt nonnulli res gestas ante Saturnum silentio fuisse inuolutas; at post imperium Saturni clarissima historiographorum voce fuisse celebratas: quibus ego occultaram verā religionem ante Christum per hæc significatum crediderim; at post Christi aduentum clarissimo sanctorū apostolorum præconio omnibus gentibus veram, sanctam & saluberrimam legem, omnibus Christo altissimo Dei filio credētib; celebratum iri. Nam alioquin insulsum esse videbatur, ut sapientes antiqui caudatos etiam Deos habuerint. At nunc de Palæmone dicamus.

30 De Iuo, & Palæmone, Cap. IIII.

INo quoque cum Palæmone filio nauigantibus præesse fuit existimata ab antiquis, & inter Deorum marinorum numerum relata: Hæc Cadmī & Harmoniæ illius, cuius carmen nuptiale Musæ cecinerunt, filia fuit ut ait Hesiod.

*καὶ πῦρ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐξ ἑσπερίων ἀπέπτερον
 ἴνο, καὶ τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ καλλίπλοον,
 ἁρμονίης, ἥ ἐστιν ἡ θυγάτηρ τοῦ κάδμου.*

Harmoniæ hinc Veneris formosæ filia Cadmo

30 Ino, Semelen, & Agauen edidit; atq; Autonoen, quæ nupsit Aristæo inde comato.

Fuit Ino postea Athamantis Thebanoem Regis vxor, quæ ut dictum fuit, singulari odio Nephelæ filios, utpote nouerca, prosequēbatur, totiq; feminibus vnum de filiis Nephelæ Dis immolari oportere per auspices significauit. Postea ob Iunonis odium in omnes Thebanos, quia Bacchus ibi natus esset, Athamas in furorem vertitur, Learchumque filium, quem ex Ino inter ceteros susceperat, obtruncauit. Tum Ino arrepto Melicertæ ob Athamantis timorem in proximam mare insiliit. Fuerunt qui dicant furorem immissum fuisse Ino, quod illius filix peperissent & educaissent Dionysium. At

40 Nymphodorus Syracusius in libro Asiaticæ nauigationis non ab Athamante, sed a furiosa Ino sequitū esse scripsit in filios, quæ & Learchum & Melicertæ trucidauit: ac postea desperatione capta in mare insilierit ob impatientiæ doloris, ut ibi suffocaretur. At Dorion in libro de piscibus Learchum sagitta fuisse ab Athamante transfixum scribit, Melicertamque ab Ino iugulatum, postquam rem se Ino in mare præcipitauit. Alii dixerunt Ino fugisse Athamantis imperum cum Melicertæ filio, quia Learchum, quem Athamas interemerat in cacabum bullientis aquæ coniecisset. Ausugit igitur per Germaniam Megarensis agri montem, seque de saxo Moluride dicto, ut ait Pausanias Atticis

Atticis cum filio Melicerta, vt communior est sententia, in mare precipita-
uit: vt patet ex his lib. 4. Metam. apud Ouid.

Imminet æquoribus scopulus & pars ima cauatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus vndas:
Summa rigent, frontemque in apertum porrigit æquor.
Occupat hunc (vires infania fecerat) Ino,
Seq; super pontum multo tardata timore
Mittit, onusq; suum; percussa recanduit vnda.

Alii fabulantur accidisse eo tempore, vt Nereides eorum ducerent in eo lo-
co, quare dixerunt se in honorem Melicertæ, vt Sisypho gratificarentur, tri
pudiare. Non defuerunt tamen qui putarint eius corpus ad Sisyphum dela-
tum ex Euxaznuntia, quo fuerat portatum ab vndis, & Isthmicos Indos tunc
illi institutos. Hæc Ino vocata fuit postea Leucothea, & Dea maris exili-
mata, vt ait Home. lib. 4. Odyss. 16

Τῆσδε ἴτε αἰὲρ μιν Στυγίῳ καλλιόφρονι Ἰνῷ
Λευκοθεῖα, ἢ πρὸς τοῖς ἑσθέραις ἀνδράσιν,
Νῦν δ' ἄλλοις ἐν πηλοῦσι Στυγίῳ Ἰσθμῶν ἔστη.

Prospectit hunc Ino formosi filia Cadmi
Leucothea, ante fuit mortalis foemina: sed nunc
Illam diuino nauæ dignantur honore.

Hæc Matuta deinde vocata fuit à Latinis, quia mane oriretur, vt ait Cice. in
lib. Tuscu. disputationum in his; Ino Cadmi filia non ne Leucothea nomi-
nata à Grecis, Matuta habetur à nostris? quæ quòd aurora sit, ita patet
ex Lucret. libro v. 30

Tempore item certo roseam Matuta per oras
Aetheris auroam deserit, & lumina pandit.

Cæpta fuit dici Leucothea in quodam vico nò procul ab vrbe Corone, & tunc
in Deorum numerum relata, vt ait Paus. in Messeniæ. Fuit magna vis eius
exiitmatæ in seruandis nauigantibus, & in mari placando, vt ait Orpheus
in hymnis; 30

Λευκοθεῖα καλὴν ἀνδρῶνδ' ἄριστα σπέρη.
Ἰνὸς ἀπὸ τοῦ, ἔρη πηλοῦσι ἐστὶν Ἰσθμῶν ἀνδρῶν.
ἄλλοι δ' ἐν πηλοῦσι ἰσθμῶν ἔστη.
ἔρη πηλοῦσι ἰσθμῶν ἔστη.
ἔρη πηλοῦσι ἰσθμῶν ἔστη.

Aduco Leucotheam, Dea quæ venerabilis atque
Multa potens; Bacchum puerum quæ nutriit olim.
Audi diua maris, quæ nauas, quæ regis vndas.
Fluctibus & gaudes seruatrix alma virorum,
Vt tibi collibuit fulcant turæ alta carinæ.

Impetratū est autem Veneris precibus à Neptuneo vt Dea maris fieret Ino,
sicuti scriptum reliquit Ouid. lib. 4. Metam. 40

At Venus immeritæ neptis miserata labores
Sic patruo blandita suo est. ò numen aquarum
Proxima cui cælo celsit Neptune potestas:
Magna quidem posco, sed tu miserere meorum
Iactari quos cernis in Ionio iammento.
Et Diis adde tuis, aliqua mihi gratia ponto est.

Annuit

Mythologia I

Annuit oranti Neptunus, & abstulit illis
Quod mortale fuit, maiestatemq; verendam
Imposuit, nomenq; simul, faciemq; novavit,
Leucotheaq; Deum cum matre Palæmona dixit.

Scriptit in Atticis Paus. Melicertam à delphine exceptum fuisse cum ceci-
disset è saxo Moluride, & in Corinthiorum Isthmum expositum mutato no-
mine Palæmona fuisse appellatum, atque inter ceteros honores Moluridē
petram illi fuisse consecratam, & Isthmicos ludos illi à Sisypho Acoli filio
fuisse institutos, qui tunc imperabat Corinthiis, cum esset melicerta fratris
filius: atque primum pinu, deinde apico sicco victores ibi coronati sunt.
Museum in eo libro, quem scripsit de Isthmiis, duo certaminum genera ce-
lebrari solita in Isthmo scripsit, alterum in honorem Neptuni, alterum in
Melicerta; quod etiam in his ait Apollon. lib. 3.

10

ὅστις ἰσθμίου δὲς ἀντιόχου τοῦ ἀνακτοῦ

ἔργον ἐπέθετο.

Qualis adit ludos Isthmi Neptunus ut altum
Conscendit currum.

Habitus est postica ipse etiam Palæmon Deus marinus, ut ait Orpheus in
hymnis;

20

Σταυροῦ θεῶν ἡρώδης ἀντιόχου ἀλλοτριῶς.

καλῶν ἐπὶ ἀλλοτρίων ἐπὶ ἰσθμίου γαλακτοῦ,

ἡ γαίης ἀντιόχου ἰσθμίου ἰσθμίου ἰσθμίου.

ἰσθμίου ἰσθμίου, ἡρώδης ἀντιόχου.

ἡρώδης ἀντιόχου ἀντιόχου ἡρώδης, ἡρώδης ἀντιόχου.

Πεντακλῆσι γὰρ ἀντιόχου ἡρώδης ἀντιόχου.

φωσφῆσι ἡρώδης, ἡρώδης ἀντιόχου ἀντιόχου.

ἡρώδης ἀντιόχου ἡρώδης ἀντιόχου ἀντιόχου.

ve vōco qui fluctus habitas, pontumq; Palæmon,

Cum Boccho nutrite, veni ad tua sacra benignus,

Et laxa facie pelagi de fluctibus altis.

Cultoresq; tuos in terris protege, & vndis.

Pontinagis hylemem ratibus depellere sveltis,

His quibus appares, miseris mortalibus vnus

Namq; faues, tomidiq; tefrenas æquoris iras.

30

Sic etiam Eutripides in Iphigenia in Tauris custodem & seruatorem nauium
Palzmonem vocauit;

ὁ ἀντιόχου ἀντιόχου, ἡρώδης ἀντιόχου.

ἀντιόχου ἀντιόχου, ἡρώδης ἀντιόχου.

Fili marinz Leucotheæ, custos bone

O nauium Palzmon, esto mi bonus.

40

Hic non vehebatur in curru, sed natandi peritissimus habebatur, ut ait Oui.
in Epist. Leandri;

Et iuuenem possim superare Palæmona nando,

Miraq; quem subito reddidit herba Deum.

Vocatus fuit Palæmon etiam Portunus, quem clauem dextra gestantem fin-
xerunt, quoniam portas ab hostibus tueretur. Huic infans maclari consue-
uit, atque in Tenedo præcipue diuinis honoribus colebatur. Sepultus fuit
hic nauigantium Deus in Isthmo, ut ait Paus. in Atticis, At Ino in ora ma-
ritima

ritima

ritima agri Megarenſium à Celſo & Tauropoli Cleſonis filibus & Lelegia neptibus. Hæc ſunt ea, quæ de Iuo & Palamone memoriæ prodita fuerunt ab antiquis, è quibus veritas eſt exprimenda. Quod Iuo fuerit Cadmi, & Harmoniæ filia & Athamantis vxor non diſſentit ab hiſtoria, & quod à patre fuerit filia ſæxo illiſas, & quod Iuo timore vel ſurore concita in mare ſe cum filio præcipitauit. Quod vero ipſa & puer Melicerta fuerint in Deos conuerſi, nihil hoc habet cum veritate commune. at quid per hæc ſignificare voluerunt antiqui? Diſtum fuit ſuperius tantam fuiſſe nonnullorum antiquorum principum ambitionem, vt aras, & ſacerdotes, & ceremonias nonnullis ſuorum maiorum tanquam Diis immortalibus inſtituerint. Sic Iſthmia Sifyphus, quæ prius in honorem Neptuni celebrabantur, in honorem ſui propinqui conuertit, quare diſtus eſt Neptunus his aquarum impetium impertiſſe, atque inde Dii marini crediti ſunt. Nam apud Romanos etiam pro Græcorum conſuetudine funebres ludi inſtituti ſunt, qui & ipſi ſuos principes inter Deos fuiſſe relatos demum fabulabantur. Nam ſicut omnium propè principum noſtræ ætatis paucis exceptis animum auaritia, vitiorum omnium ſordidiſſimum, ita ambitio antiquorum mentes occupa uerat. Leucothes, quæ Matura dicta eſt à Latinis, Aurora eſt; Palæmon ſive Portunus vis eſt tempeſtatis, nam *παλαμος* agitare ſignificat, vnde Palæmon vocatus eſt. Maturæ filius diſtus fuit, quia venti plerunque ab aurora ſpirare incipiunt; & quia tunc in mare incumbunt, dicuntur ſe in mare præcipitaſſe. Hi crediti ſunt Dii nauigantium, quia venti nauigantibus verè præſiunt, qui ſi benigni aſpirant, felix iter contingit nauibus, & idcirco ait Virg. lib. 2. Georgic.

Voraq; ſeruati ſoluent in littore nauæ.

Glauco Panopez, & Inoo Melicertæ.

Quare per hanc fabulam ſignificarunt illos ſe ventorum leuitati credere, qui per mare nauigarent, quare non eſt de diuina clementia conquerendum ſiquid aduerſi acciderit, ſed de noſtra leuitate & imprudentia. Ad placandam etiam perturbationis animorum hæc fabula accommodata eſt, & adhortandum ad beneficentiam & liberalitatem: quippe cum ita exagitata à Iunone Iuo, quia Liberum patrem liberaliter educaſſet, in tantam felicitatis poſtea eualeſcit. Nam etſi vtri boni aliquandiu pro benefactis opprimuntur, & patiuntur domeſticas calamitates, tamen nemo vir bonus diu poteſt eſſe infelix. nam quæ tanta poteſt eſſe calamitas, quod tantum infortunium, quod diuina clementia in maiorem felicitatem non poſſit conuertere? confidendum igitur eſſe diuinæ bonitati ſic antiqui tradiderunt, cum nemo iuſtus à Deo contemptus reliquatur, cumque tanta ſit diuina clementia, vt ſperem etiam ſuperet mortalium iâ adiuuandis, qui iniquè miſerias patiuntur. Nunc de Glauco dicamus.

De Glauco.

Cap. V.

Glauco, qui & ipſe marinus Deus ex homine factus eſt, non minus abſurdum ſigmentum, ſuxque cauam conſecutus fuit. Hunc Anthedonis hominis cuiuſdam heroti filium fuiſſe ſcriptum reliquit Strabo libro nono: cum tamen illum Polybi Mercurii filii & Iobez filium fuiſſe ſcribat Theophrastus lib. 5. eorum, quæ in ſicco degunt, & Promathi-

Ppp das